BIBLIA: VETUS TESTAMENTUM. FULGENTIUS RUSPENSIS

Österreich (Wien), 1473-1474 Seite 58r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

omnis cibus quem comedetis si fe-
sa fuerit super eum aqua mundus
erit. et omne liquens quod bibitur
de vniuerso vase mundum erit. Et
quicquid de morticinis huiusmodi
f. ceciderit super illud immundum erit: si-
ue clibanum. siue caminorum des-
truetur: et mundi erunt. fontes ve-
ro et cisternae. et omnis aquarum
congregatio munda erit. Qui mortu-
um corpus tetigerit polluetur. Si ce-
ciderint super sementem no pollu-
ent ea. Sin autem quispiam aqua
sementem perfuderit: et postea no
tionis tacta fuerit. illico polluet
Si mortuum fuerit aliquod
ex eis vobis comedere: qui tetigerit
eius tetigerit. immundus erit us-
que ad vesperam. Et qui comederit
de eo quippiam siue portauerit
lauabit vestimenta sua. et immun-
dus erit usque ad vesperam. Omne quod
reptat super terram abhominabile
erit: nec apponetur in cibum. Et
d. quod super pectus quadrupes gra-
dit: et multos habet pedes sui
per humum trahit. no comedetis
quia abhominabile est. Nolite contami-
nare animas vestras: nec tangatis
quicquam eorum ne immundi fiatis. Ego
sum dominus deus vester. Sancti estote. quia
ego sanctus sum. ne polluatis animas
vestras in omni reptili quod mouetur
super terram. Ego enim sum dominus qui
eduxi vos de terra egypti ut esse
vobis in deum. Sancti estote. quia ego
sanctus sum. Ista est lex animantium
et volucrum et omnis anime viuentis
que mouetur in aqua. et reptat
in terra ut differatis inter immun-
dum et mundum. et ut scitis quid
a comedere et quae debeatis
Locutusque est dominus
ad moysen dicens. Loquere
filiis israel. et dicas ad eos. Mulier
si susceperit semen peperitque mas-
culum munda erit septem diebus iuxta
dies separationis menstruae: et die
octauo circumcidet masculum infan-
tulum: ipsa vero triginta tribus die-
bus manebit in sanguine purificatio-
b. nis suae. omne sanctum non tangetur nec
ingredietur in sanctuarium donec im-
pleantur dies purgationis suae Sin
autem feminam peperit immunda
g. erit duabus ebdomadibus iuxta
ritum fluxus menstrui: et sexagin-
ta per diebus manebit in sanguine
purificationis suae Quibus expletis
c. erit dies purificationis suae pro
filio siue pro filia deferet agnum an-
niculum in holocaustum et pullum
columbae. siue turturem pro peccato ad
ostium tabernaculi testimonii et tra-
det sacerdoti: qui offeret illa co-
ram domino: et orabit pro ea. et sic
f. mundabitur a profluuio sanguinis
sui Ista est lex parturientis ma-
sculum et feminam. Quod si non inue-
nerit manus eius nec potuerit
g. offerre agnum sumet duos turtu-
res vel duos pullos columbarum
unum in holocaustum. et alterum pro
peccato. orabitque pro ea sacerdos.
et sic mundabitur

xiij

a Locutusque est dominus ad moysen
et aaron dicens. Homo cu-
ius cute et carne ortus
fuerit diuersus color siue pupula
aut lucens quippiam id est plaga
lepre: adducetur ad aaron sacerdo-
tem. vel ad vnum quemlibet filiorum
eius qui cum viderit lepram in cute
et pilos in album mutatos colorem
ipsamque speciem lepre humorem au-
tem carne viuente plaga lepre
est. et ad arbitrium eius separabi-
tur Sin autem lucens candor fuerit
in cute. nec humor carne re-